



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quoad mutuatarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

...que excommunicationem: modò non fit vel... publicis percussor, vel nominatim denunciatus; potest... & licite, & valde rogari, ut confiteatur, quia Conci-... Comstantiense id, in gratiam Fidei, concessit.

possit illas non recipere: sibi ergo imputet, si recipiat, nã mutuarius excusatur solvere, quod promisit, ne ha- beat in fidei, & ne claudat sibi hostium ad habendum iterum mutuũ.

44. Secundò: An absolute petere liceat ab usurario pecuniam mutuatam, Respondeo licere, si eo mutuo: quis indigeat Ita ibid. & communiter, Gastr. Pont. Suar. aliique allati à Diana p. 5. r. 7. de Sordalo, ref. 8. tunc enim, qui sic petit, nec consultit, nec intendit eam usurarij injustitiam, quod certe esset iniquum; sed intendit utilitatem propriam suppositã malitiã usurarij: quam solum permittit, non vult. At si mutuo non indigeat, sed eam pecuniam procuret; ut illicite expendat (etiam licere, probabile esse dicimus paulo post à n. 65. eo capite, quod petat ab usurario paratò.

45. Tertio: An petere liceat mutuum ab usurario, sic addendo: Da mihi mutuum, nam tibi solvam vel usuras? Respondeo adhuc licere, quando scitur usurarius non mutuaturus sine usuris. Ita Mol. Val. aliique apud Dian. l. c. Ratio est, quia id non est inducere ad usuras, atque adeo ad peccatum, sed sensus est conditionatus in hunc modum: Da mutuum, nam; quia non vis mutare gratis, solvam tibi lucrum.

46. Quoad famulos mutuarij dico, certum esse illos, imò & quoscunque alios eius ministros, amicosque posse licite efficere quod potest ipse mutuarius: quia agunt personam Domini. Possunt ergo totum, quod dictum est à num. 43. Quoad famulos vero usurarij, multa sunt dicta num. 18. sed & plura iam subdo, quæ sunt communia cum non famulis.

Non famuli.

47. Quoad omnes ergo alios placet mihi hanc formare regulam, ex Molin. l. d. de gratiis, d. 3. Less. l. 2. c. 1. dub. 2. 1. & aliis, quos ipse cit leg. Si qui tenent ex parte usurarij: & cum eo cooperantur ad committendam usuram, peccant, & obligantur ad restitutionem saltem secundo loco post usurarium: tamen excipias eos casus: in quibus mutuarius ingrata non est cooperatio; nam tunc neque peccant contra mutuarium, nec à restitutionis obligatione ligantur. Regula, & eius ratio clarior iam jam evadet.

48. Etenim radix peccati, & obligationis ad restituendas usuras, est involuntarium mutuarij, qui, absolute loquendo, invitus usuras solvit: quare, quando quoad eos, qui cooperantur cum usurario, mutuarius, vel verè, & ex animo non est invitus; vel certe iis facile illam cooperationis culpam (si qua est) remittit: tunc idem cooperatores (quantum est ex hoc capite iniustitiæ) nec peccabunt nec onus contrahent restituendi. Sed ecce difficultas: Ecquando enim invitum non esse mutuarium censendum erit; Dic id sciri posse Regula sequentis auxilio, quam colligo ex Less. ibid. Molin. aliisque.

49. Quoties cooperatur quis cum usurario in re, quæ grata est mutuatio, invitus hic non erit: Siquidem tunc cooperator ille nullam iniuriam irrogat; quòd si quam forte irroget, facile ea condonari à mutuatio præsumitur; quia in gratiam ipsius mutuarij totum denique negotium refunditur: unde consequenter fit, ut ille cooperator non peccet contra mutuarium; nec restitutioni sit obnoxius. Quoties verò cooperator in re ingrata cooperabitur, invitus erit mutuarius, quia tunc adest clara iniuria, nec eius iniuriæ remissio præsumi rationabiliter potest, & sic aderit peccatũ, ac restitutionis obligatio. Exemplo res fiet clarior: Numeras pecuniam mutuatam dandam ad usuram: excusaris à peccato, & à restitutione; quia id gratum est mutuatio, cum sine numeratione is non haberet mutuum, quod ipse cupit. Contra: Consultis usurario, ut non det mutuum nisi sub usuris, peccas, & ad restitutionem obligaris: quia id ingratum est mutuatio.

Cooperatio cum iniquè pugnantibus, vel aliorum bona diripientibus.

41. Vegetiorem causam ad excusandam requiri, quando opus est magis vicinum peccato abatenis, & quando est contra iustitiam, statimò supra. Cum autem arguentem hanc causam, esse metum mortis, vel famulatus valde gravis detrimenti, pateat ex dicti consequentia, fit, ut excusentur Christiani remigantes in turrem, ubi Turcarum contra similes Christianos pugnantium, & præterea ij, qui arma porrigunt à Turcis petita, ad eodem Christianis interimentos; asportantes item facinas ad bellum iniustum necessarias, admonentes sceleratos, & contra Less. Sanch. Val. aliique, Castr. 3. r. d. 6. p. 1. r. 10. quia nisi Christiani captivi hæc faciant, inquitur periculum vite. At non excusantur etiam metu mortis, si Christianos occidant, si percutiant, si contra eodem immediate pugnent, si applicent ignem, quo comburantur naves, & Christiani in ea existentes, si eundem ignem applicent Bombardis, ex quibus Christiani non detentij, solum essant, (nam pro hoc sine dubio excusantur) sed etiam occidendi: quia hæc sunt intrinsecè mala. Excusantur tamen, si inferant damnum Christianis in rebus externis, eas capiendos, vel destruendo: quia tunc sunt in extrema necessitate illorum bonorum, ad vitam vitandam nam propter eam eodem metu excusatur, qui admovet scalas, vel humeris substat latronè, qui male furant, imò, & qui eundem furem adiuvat ad furandum: qui libet enim ad hæc habet in extrema necessitate, ita Castr. l. c. 1. 2. citans Molinam. Et universaliter loquendo præter extremam necessitatem, illa causa se excusabit; si concurrat ad actiones indifferentes, quibus aliter abstinuit ad furandum; vel damnum in bonis inferentem, quæ iudicio prudentis iudicetur proportionata ad quantitatem futuri, vel damni, ut ex dictis colligi potest.

De Cooperazione cum peccaturo, non icinaturò, maleficio maleficio dissoluturo. Remissive.

42. De primo ex his egi lib. 3. c. 2. §. 6. De secundo, præter modò n. 33. dicta & a. 3. 40. dicenda habuisti multa lib. 4. cap. 5. §. 6. De tertio dictum est satis lib. 2. cum de maleficio.

Cooperatio cum Usurario.

Tres classes personarum hic se offerunt. Ipse mutuarius, id est, ille, qui recipit ab usurario pecuniam mutuatam sub onere solvendi usuras. Famuli tunc mutuarij, tunc usurarij. Cæteri alij non famuli, inter quos Notarius Testes, Prin. cept.

Mutuarius.

43. Quoad mutuarium, tria quæri possunt: Primò, An ipsi liceat solvere usuras ob mutuum iam acceptum? Respondeo licere. Ita Sanchez lib. 3. in decal. cap. 8. n. 20 & de Lugo tom. 2. de Inst. d. 2. §. 1. §. 1. quia hæc non est occasio peccandi, quæ datur usurario; cum ipse facile

